



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

V. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Federico Archiepiscopo Salernit. S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

plectens: ut dignissimus sit, qui & ametur a nobis, & in honore habeatur. Cui ego me ut respondeam, paro: ne me humanitate & ingentitate vinci patiar. Spes est aliquid in ea natione a nobis protelatum fuisse: Quod si benignitate Dei fuerit factum, n*ec* ego maximum, & maximè optatum mei laboris premium fero adep*tu*us. Sed alia de his. Tu ut me ames, teq*ui* a me & diligentissimè col*li*, & constantissimè amari, ut certum arc*ti* exploratum tibi habeas magnopere a te peto. Vale. Pridie Idus Septemb. M.D.XXX. Carpenteract.

V.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT. FE-
derico Fregosio Archiepiscopo Salernit. S.P.D.

M*agiae* mihi delectationi fuerunt literæ tuæ: quæ mihi te cum abundare ocio, tum autem id ocium consumere in optimis studiorū lucubrationibus significarunt: benevolentiamque erga me tuam, cuius mihi semper gratissima est commemorato, esti non aperius quam antea, uberiori tamē aliquantò mihi declarare. Gaudeo te cum esse, qui & tibi ipse summum bonum in vita, ferutandis & recolendis scripturis sanctis repertis in quibus certè, huius boni, quod non maximū modō, verū etiam solum est, cunabula sunt posita: & mihi eum animū in amicitia praefest, ut mea tibi studia maxima cura esse ostendas. Quo quid potest esse amoris, officij, humanitatis, significantius? Sed quoniam de his, que inter nos saep*e* intercelerunt, officiis, dēc*re*s, munera nostra benevolentia, & alias crebro a nobis fuit dictum, & ut arbitror, etiam dicetur: veniamus ad literas tuas. Ac primū illud a te deprecor, ut in meis quod prius fuerat scriptum, multa me incen*si* in Paulo, quæ fuerint prioribus seculis incognita, nec insolentia & elationis animi mihi attribuas: esti piger me verborum illorum, que cum illas scripsi literas, minus animaduersa a me fuerunt: quod accidit festinatione quadam acceleratione q*ui* scibendi. Etenim non ad te solum illo tempore, sed ad complutus præterea alios literas dabam: in qua occupatione & turba, cum iungi recognoscendi, & perpendendi ex animo excidit. Non enim volui incognita dicere simpliciter, sed de quibus mihi non contabat veterib*e* ea seculis a quoquam fuisse tradita. Nam hoc quidem planè, libet*re*q*ue*, retor, mei abstrusas quaf*da* Pauli sententias penetratè scrutando: quas, quoad nosse potui, adhuc intelligo fuisse vel occultas, vel certe minus dilucidè explicatas. Ne*q* uid tamē meo ingenio, quod perpusillum est, sed diuino beneficio sine via habitatione tribuo. Solet enim Deus ipse, fons bonorum omnium, sic interdum etiam indignis impetrare bene-

D 3

ficia

Acta sua: ut & hi, qui illi fruuntur, & qui hos vident perfici, non
 humanum in eo meritum ullum, sed tantum diuinam liberalita-
 tem & gratiam admirantur. Sic igitur felix res habet: ut ex illo
 meo labore atque vigiliis, praeferente lumen menti mea sancto
 illo spiritu, qui in domo quamvis folidam suam tamen intactam
 & illibatam retinet dignitatem, sperem fore mysterium fidei eius
 incredulis, & prius illa contemnitibus, si modo rationibus ac-
 quiescere concenterint, claram atq; illud. Nam quod mea
 ditiones, ut interpres eos legam, in manibusq; habeat, qui pie, &
 erudit in Paulum commenti sunt: eorum tuum mihi vehementer
 probatum est. Quod quidem eti mihi antea veterat in me-
 teni, fueramq; in eis libris, quos tu mihi proporis, diu & multum
 accuratissime volutatus: posthac tamen studiosius etiam faciam,
 quod tantopere tibi id placere intelligo. Verumtamen & Chryso-
 stomus sumimus vir, atque eximius Pauli interpres, magno mihi
 usui fuit: & careri simili pietate ac ingenio non parum opis mihi
 auxiliq; contulere. Atq; hic quidem modis nominauit, lin-
 gua expolitus, copia abundans, sententias creber, genere quodan-
 dicendi incitato atq; denso, non docet solum nos ea que sunt si-
 cci in Paulo, quod ipsum sane egregie, & perquam docet facit
 verum animos praetera quoq; nostris vspq; eò permouet, ut cum
 eum legitimus, accurateq; attendimus: tum maxime probi & iusti
 & upiamus eile, imprimisq; conterentes. Augustini vero, cuius ego
 ingenium praecipue soleo mirari, inchoatam in hanc epistolam
 ad Romanos scriptiorem tantummodo habemus: & quedam
 item epistola obscuriora loca quasi subtilius operis tractata. Or-
 igines redundat & effluit, maximus vir ingenij, excellentisq; do-
 ctrina: sed citius in tanta vbertate & copia, vix quae aliquid cer-
 ti comprehendere. Huius sententias imitati recentiores plerique
 haud ita multum decinde de suo, quod accipere debeamus, attule-
 ent. Ambrosius restrictus, & quasi refugiendo se offendens, summa
 tamen doctrina & sanctitate vir. Laboriosus Thomas, idemque
 magis aliena sententia narrator, quam demonstrato fixa: qui tam
 collectis omnibus iis prope, que ab aliis dicta sunt, & labo-
 rem minuit nobis inquirendi, & curam acuit diuidicandi. Hiero-
 nymus aliquanto demissior, (si tamen is Hieronymus) quamvi-
 deatur tantarū explicatio rerū postulare. Nam collectanea Gra-
 ca quae esse penes te seribis, (habeo enim ego ferè similia quodam
 composta ab Eunomio) nihil aliud, ut ego concire pos-
 sum, quam Chrysostomi selecta & brevia dicta sunt. Vnde est re-
 liquus ex iis, quos mihi nominando duxi. Theophylactus: bo-
 nus nimis autor, idem nudus ac venustus, & qui verum & ger-
 manum sensum Pauli breuiter atque apid toridem penè verbis,
 quot ille scripsit, perseguatur. Habet quorum ego porrimum

sub 4

i, nos
 ralatio
 ex illo
 fāctio
 cātam
 etiam
 us ac
 ne ad
 piē, &
 cemen
 men
 alcum
 ciam,
 chys
 mihi
 mili
 i, lin
 odam
 un si
 facit
 cū in
 us ego
 solam
 edam
 ca. O
 dō
 d cer
 rique
 tule
 mma
 nque
 ui ta
 abo
 iero
 in vi
 Grā
 quā
 pol
 st re
 bo
 ger
 eris,
 cum
 sub
 fūb
 subūdo & doctrina in hanc scribendi rationem ingressus sum
 quibus tu, si habes alios meliores, aut quos mihi æquè existimes
 ampleſtendos, si eorum me cerio rem feceris, obediam, & pate
 bo autoritati tuæ omniaq; te præmonstrante libenter execuar,
 que ipse confulteris, & ad qua tu me fueris adhortatus. De que
 sionum magnitudine, & difficultate, qua in hac ad Romanos
 Epistola avertantur, idem sentio quod tu: nihil esse illis implici
 tum, neque tamen excusum ac exagratum magis: quas longo
 pene temporum intervallo sotitas, Lutherai rursus in contem
 tionem & certamen deduxere. De his quod sententiam meam ex
 quisit, nō c. id vnius Epistola negotium: & satis tamen in com
 mentationibus nostris de eis rebus disputatum est. Breueriter ra
 men sc habeto: Fides à me distingui, & secessi ab operibus iu
 stitiai, qua per legem præcepta sunt: sine tamen iustitia qua
 dam ita diuiniore multò & præstantiore, fidem nullam à nobis
 posse constitui. Nam quæ verbis tantum voceq; vñsurpetur, si non
 sit radix in corde prius validè defixa, similem eam clie ramis non
 cognatius cum arbore, fed harentib; us. Illa est fides Paulo, cùm
 corde creditor ad iustitiam: sic enim demum ore confessio est ad
 salutem. Itaq; idem ipse Paulus ad Philippienses scribens, cùm iu
 stitiam se legis libenter reliquise, vt eam quæ ex fide est iustitiam
 adiipisceretur, exponit: fidem profectò ab humana iustitia hac se
 gregat, & in diuina illam iustitiam constituit. Quæ autem diuina iu
 stitia, & quæ humana, & in libris nostris prescriptum est, & nos
 te ad iliorum lectionem reiciemus. Neque enim fas rantis de re
 bus tam exiliter imprudentia scribere. De libero arbitrio, & de
 Graia, quæ duo videntur inter se ita esse opposita, vt maximis
 olim concertationibus agitata in Ecclesia Dei fuerint, & nunc
 ab his recentibus hæreticis repetuntur. Ego & Pelagium grauerit
 accuso, qui dari nobis præmium pro meritis nostris sine gratia
 volunt: cum nullum omnino meritum à nobis, nisi dono gracie
 prodeat, & prosciscatur: & Augustino non vñquevñque affen
 tor. Nimum enim extremè ex contraria parte is diuersum mihi
 causam videatur defendisse: cuius ratio si vera sit, in maximis dif
 ficultate, & impeditissimas actiones consiliorum ac voluntatū,
 hominum mentes incidere necesse est: vt nequeant explicare,
 quid optimum sit factu. Ego vero illam nostri animi ac voluntati
 affectionem ad arbitrium nostrū reuoco, qua præbemus nos
 Deo faciles & obtemperantes, vt deinde nos fingat & feciat
 quod velit: omnem autem plenam actionem, omnemque lauda
 bilem boni operis fructū, & quicquid deniq; est in quo vis meriti
 infinitas diuinam gratiam sine dubitatione vila refero. Arg; haec
 non modo sic ponuntur à nobis, sed validis (vt puto) ratiōnibus
 argumentisq; firmantur, autoritate vñique scriptura exhibita,

quæ commendet & corroboret rationem. Verum de Paullo fatis.
 Quod scribis, damnari à me studiū Hebraicarum literarū tuum:
 non puto ea mente me ad te scripsi, vt operam tuā in ea re da-
 mandam esse dicrem: potius illud non tam reprehendi equi-
 dem in te, quam desiderau, vt in Latinis & Gracis studiis te
 exerceres. In quo ego nō Hebraica studia contempsi, sed illis hęc
 anteposui: quæ sunt (meo quidem iudicio) ad id quod querimus
 longę utiliora. Et si vereor, ne tibi videar arrogans, qui de inco-
 gnitis rebus audeam iudicare. Sed (quefo) audi quid moueat me:
 Primum salus nostra in Euāgeliō est: id autem est totum Græcē
 traditū. Deinde si ex vetere scriptura testimonia querimus, quib.
 Euāgeliō fides addatur, parsumne multa ex ea percepera habemus?
 At enim illa ē fontib. haurire conducibilias multò est. Factori
 possint haberi pura & liquida. Sed quid cause est, quod omnes
 penè qui ad eam lingua sē dedit, tanquam ceteri nihil ante
 viderint, nouas conuersiones nominum ipsi reddere conentur?
 quod ipsum & in his libris cernimus, qui vim singulorum verbo-
 rum explicant, qui nullius ferme vocabuli significatiōne & ten-
 tentiam referunt, nō multiplicem. Cur Paulus summus legis do-
 CTOR, nativa lingua peritisimus, cum sacros scripture citat lo-
 eos, eos semper non ab isto fonte, sed à septuaginta interpretibus
 accersit? Nam quod de semine mulieris & serpentis tu commode
 exponis, non aliter video à septuaginta multis translato. Duo
 cherubin, duo testamento existere, perbellè interpretatum est, a
 numero videlicet conjectura ducēta. Nam si virtutis; testamenti
 vis exprimenda fuit, decuit alterum cherubin, tanquam inferio-
 rem & ministri, alteri ancillari; qui ambo tamen penes arcam Do-
 minii pares effecti sunt. Vide potius, ne ministerium Angelorum,
 quo Deus in populo illo dirigendo vius est, eo monumeto deno-
 tatum fuerit: qui duo statuti sunt, ut ab eo ordine unitas, que sola
 est adoranda, remota esse intelligeretur. Quanquam ego in his
 non pugno: sicut enim est ynicui; suo modo interpretari cum
 ad ea quæ ex Sp̄itu sancto prescripta sunt, omnes que ad pieta-
 tem faciunt, accommodentur sententiæ. Illud dico, effe quadam
 prædictiones in sacris literis futuraram rerum, ita evidenter clara-
 ras & manifestas, vt nusquam aliò, quam ad Christi referri pos-
 sunt: sicut illa est inter homines venturi Mefitis diuersatio: mors
 quoq; eius & ignominia ab Esaiā prop̄ depicta, & Zacharie illa
 crux: & Iacob prophetia: conuocatio quoq; gentium, & poni
 sponsæq; conubium, quod in Psalmo quadragesimo quarto ita
 decantatum est, vt perspicue apparet, duos effe, quibus ho-
 nos ibidem, & nomen Domini Dei attributatur. Multa prætereo
 breuitatis causa, & quod tibi notiora esse arbitror, quam mihi.
 Nomen quippe Dei omnipotens, Tetragrammaton ad
 mita

miracula patranda etiam valere; his qui illud noverint, veteres exitimauerunt: totamque eam scientiam appellauerunt Cabala. Cuius vis quaecunque sit, (non enim scio, neque didic) maxima sit quidem per me licet: non enim volo à me cuiquam arti esse detrahatur. Quod tamen sentio id proferam. Primum, non egere nos huiuscemodi arte ad salutem nobis comparandam. Deinde viros à me permulcos, qui ex hac scientia non religionē, neque pietatem: sed aut vanas aut etiam impias superstitiones suscepimus. Quod esti accidere poterit, hominum, non artis vitio: tamen timiditas mea eiustmodi semper fuit, ut nunquam passus sum eius rei nomen, nedium cognitionem & studium, ad aures meas propius accedere. Quid ergo estimus nam reprehendendo ego cos, qui ita confectionantur? Minime: omnem enim cognitionem & scientiam dignam hominem libero iudico: nec si quid fortasse ex aliqua aliquando periculi impendet, non tuam gravitatem & sapientiam superiorē omni periculo statuo: sed meā imbecillitatem viceror. Itaque aut non valenti mihi, aut non volenti, illa esse aliena & remota studia non admodum fero molestie. Quam etiam imbecillitate adductus, cum suasi tibi, ut Paulum afficiē haberet in manibus: non id cō feci, quod putarem illum minus tibi familiarem esse: sed quod arbitrabar, quod plus in eo opera studiūque poneres, in Hebreis autem literis minus, quantum temporis scilicet ex illis detrahentes, ad Paulumque transferes, hoc melius & prestantius studiis tuis consultum fore. Qua in re, & in simili coeūmodi dando, si erratum à me est, peto a te, mihi ut ignoscas: bono quidem animo id feci, quam fortasse imprudenter. Sed aequum est nos inter nos & non cognoscere sepe culpas, & benevolentiam semper adhibere. Esti hoc quidem posterius tu vnum facis, ego cum amore culpam aliquam interdum in meis factis adiungo. Nunc venio ad questiones, de quibus sententiam meam scribitaris, quarum duæ locorum sunt, altere rerum. Quareris quod fuerit Tertium celum illud, ad quod sublatus est Paulus. In quo respōdeo tibi: tertium ibi celum à Paulo pro summo & ultimo ponit, in quo non sydet, neque astra, sed diuina mens inhabitat: nam & Tertium illud superlitionis vim habet: & mox subiungit ipse, audiuisse se ibi dem arcana verba, non contemplatum spectacula fuisse. Quam autem ita celi mentio, non tam loci, quam rei significatiōne habeat: non enim in loco habitat Deus, sed ipsa Dei virtus & potentia semetipsa continetur: cuius arcana qui audiunt, à Deo dicit, ad domicilium Dei exrolluntur) tamen etiam si ordinis & loci reddenda est ratio, congrue celum istud tertium est dicatur: quando primum, ducto hinc initio, est aeris & ignis circumiens vna cum celo mundi inferior globus: qui non fo-

D 5 lxx

Iam vulgo, sed ab omnibus poëtis Cœli vocabulo nuncupatus est usque eō, ut ne alienam quidem à natura ignei elementi superiorum orbium naturam esse veteres exultimant. Quod idem & in Genesis principio videtur comprobatum: quia firmamentum quod nominat cœlum, inter aquas duplices constituit Deus: tametsi de hoc quidem non tam mihi liquet. Alterum pord cœlum astra signaque continent. Tertium est Dœ, & celestib. illis mentibus attributum. Sed ut dicebam, non tam locum, quam rem notare voluit Paulus. Summum n. profecto cœlum illud est, ex quo haupta illi sunt diuina sapientia. Quod item de fini Abraham, in quo recumbebat Lazarus, intelligendum est: nulquam enim ibi locus, sed res tantum est descripta: cum is qui iacebat in misericordia, Lazarum vidit in beatitudine recumbentem. Aut in eo locus querendus est, finis Abraham regnum celorum est. Si ut ipse Dominus alio loco, Venient multi, inquit, ex ortu, & occasu, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno celorum. Filii autem regni eiementur foras. Felicitas igitur loci, & miseria in euangelio est: exposita que morientes dispariante exitu exceptura est, locorum autem propriè non est perpetuata ratio. Inter felicitatem pondo & infelicitatem maximum utique interpositum chaos est: quod etiam est impermeable, iudicio Dei præmissum, pœnitusque constitutus. Hactenus de locis. Nunc de rebus est dicendum. Ac primò, Avaritiam esse idolorum seruitus, non uno loco dixit Paulus: caratione, quod qui pecunie student, totius vita sua spem & fiduciam constituant in pecunia. Quod in alijs cupiditatibus non sit: nam ceteræ cupiditates singulares sunt, avaritia vna reliquias omnes complexa est. Queritur enim ad eam rem pecunia, ut cupiditatibus omnibus suppeditetur. Porrò ponere vite totius spem alibi quam in Deo, alium sibi esse Deum adsciscere, & adoptare: quod in avaritia præcipue quoque cuenit, quando cupiditates aliae subitis ferè motibus incitantur: avaritia habet certum & constitutum confitum. Ita & virulum, quem dimisso Deo Iudai adorauerunt, non sine mystico sensu, avaritiam esse cultum Idolorum, legimus fusile aureum. Alter locus est apud Lucam, quo Dominus rediens à nupciis, seruis fidibus, qui vigilauerint, mensam apposuerunt eis, eisque ipsam ministrarunt. Torquer enim te verbum illud Transiens: quod non à transiente, sed a permanente velles sanctis Dei & electis coniunctum exhiberi. Sed error est in verbo, non enim Transiens, sed Obirens, debuit transferri: id enim Græcè est παρείσθαι. Obire autem præter oculos discubantium multa necesse est, cum qui pluribus velit ministrire: estoque verbum illud non abius, sed ceteris. His sic expositis, dicendum tibi à me in genere est: in quo

in quo reveror, ne tu aliena sententia sis, qui humanam putas sapientiam, bonarum artium & literarum cognitionem esse, eam videbas quae effimicata Deo. Non enim ita est. Humana est illa sapientia, quam refutat & alpernatur Deus, aduersusque eam in honorem Stultitiam adducit, quae illa sapit & meditatur, quae ad fructus rerum mundanarum comparandos apta, apponitaque fuit: quem nos Prudentiam vulgo appellamus: Solertiam quamdam accure & cautè internoscere molestias, & voluptates: eaque admibentem, quae opes, honores, diuitias, potestatesque sunt allatras: contraria vero reincidentem, atque evitantem. Hæc enim ad diuersum longè finem à Deo, tota directa est: & qui in hinc mutus est, hoc est, cui ista præ cœlestibus cordi non sunt, ille Deo precepit gratias & probatus est. Artium vero liberalium, & philosophiae cognitio, in extrema parte vera sapientia statuerat: si nec ad Deum ascendere volenti tanquam gradus, non autem ad mundi fastum, premiaque conuerfa. Neque ego arbitror, quod audacter confirmare possum, quenquam in facis literis, aut illa denique in arte Scientiarum fatis vñquam instruunt & eruditum fore, cui ignorata philosophia fuerit. Ad quam ego te alhortari pro communitissima nostra necessitudine non debet, neque te in adolescentia tua aluit & produxit, eadem prouocato que que aetate ornat & comitetur: tuque artis praefantilis & optimæ, cuius adiunctu & viribus theologia est innimia, beniores inde fructus feras. Vale & nos dilige. Carpentoraii, III. Nonas Aprilis, M.D. XXXIII.

V.L.

JAC. SADOLETUS EPISC. CARP.
Federico Fregegio Archiepiscopo Salerni, S.P.D.

In extremis literis tuis, quas abs te Nonis Iulij das, ego tertio Idus Nouem. accepi, ratio te redditæ est, quare epistola tua si longior, tibi velut excusando exponis, non potuisse propter rerum copiam, & huius in scribendo muneras inexperiencestiam, sicut enim loqueris) brevius & contraictius scribere. Quod ego quæ in patrem proferas, constitutere adhuc non possum. Et cum si me id causa dicas, quod obverteat, ne quid tuarum longitudi literarum offendias mihi aut molestias afficerat: arbitror tamen te nonnullam & mihi, & mutuae nostræ coniunctioni iniuriam, si putas me offendiri posse tuis literis: aut si suspicari de metu omnium inclusus, siuequam mihi accidere abs te posse, quod non sit mihi omni cun lætitia ac suauitate, & expectatione & gaudio. Imò vero tu, si quando breuiter scripturus sis, id ubi potius excusationem comparato: quæsi inuidias mihi.